



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 90. Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

hanc ipsius doctrinam proscriberet: Sæc. XVII.
Affensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. A.C. 1674.

Præterea eodem anno simul præfata Congregatio confixit ejusdem Jesuitæ libros, quibus titulus: *Dilucidatio doctrinæ de fide imperfecta, & Apologia pro summis Pontificibus &c.*

§. XC.

Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.

Eodem anno Pintevilleus Sorbonæ Doctor publicæ præfuit Disputationi, in qua ejus Discipulus Michael Gelee Ordinis FF. Minorum hanc thesin propugnabat: *Concilium Lateranense sub Innocentio III. Cap. OMNIS UTRIQUE SEXUS, per proprium sacerdotem intelligit parochum, absque intentione tamen excludendi summum Pontificem aut Episcopum Diæcesanum: qui confitentur peccata sua Religiosis privilegiatis, & a summo Pontifice licentiam habentibus abunde præcepto Confessionis annuæ satisfaciunt, si ad id privilegium speciale habeant,*

Nonnullis hæc doctrina stomachum movit, quocirca Facultati Parisinæ examinanda, die prima Octobris

Sæc. XVII. traditur: Prævenerat eam tamen Pa-
 A. C. 1674. risiensis Archiepiscopus, qui a Rege
 impetraverat, ut Facultas haud ultra
 hac de re deliberaret, Pintevilleus au-
 tem disputationis Præses in exilium
 deportaretur.

§. XCI.

*Quædam monita a S. Congregatione
 S. Officii Romæ prohibita.*

Spargebatur hoc anno in vulgus, li-
 bellus quidam sub hoc titulo: *Mo-
 nita salutaria B. Virginis Mariæ ad Cæ-
 tores suos indiscretos.* Prodiit anno primo
 hic factus primum Gandavi unacum ap-
 probatione Censoris Domini Joannis
 Gillemans SS. Theologiæ Licentiat, &
 Ecclesiæ Gandavensis Canonici & Ar-
 chipresbyteri. Postea idem libellus
 Gallice redditus edebatur, hoc autem
 anno Leodii, & quarto demum præ
 Lovanii recusatus est, novæque huic edi-
 tioni addita legitur approbatio Petri
 de Wallenburg Mysiensis Episcopi &
 Suffraganei Colonienensis, necnon Petri
 Ansemii Vicarii Generalis ejusdem A-
 chidiæcesis, & Francisci Francken De-
 cani, Henrici Patritii, & Joannis Pol-
 Parochorum, quibus Gilberti Torne-
 censis Episcopi Epistola Pastoralis ad-
 jecta fuit. Hunc librum in Janfenita-
 rum